

§. 2. Actio est ex delicto rei persecutoria,

E. post annum etiam competit.

Si heres institutus actor sit, æstimatio ipsius interesse ad hereditatem referenda.

Si legatarius ad Legatum, etiamsi conditionale sit, nihilominus tamen reus statim tantum pro interesse solvere debet,

nec cavet legatarius se restitutum, si conditio defecerit.

Nam sic pœnam contumaciæ vit alter.

### Tit. VI.

## Ne quid in loco sacro fiat.

Prætor prohibet in loco sacro vel etiam sancto facere, vel in eum immittere quid, quod deformitatem aut incommodum affert: ut intermittatur, aut si factum sit, restituatur.

Datur cuivis de populo.

### Tit. VII.

## De Locis & itineribus publicis.

§. 1. Quilibet usum locorum publicorum petere potest & interdictis de illis uti. (mnibus patet.)

§. 2. *Loca publica* sunt, quorum proprietas ad populum spectat, usus *o-*  
*Via* sunt vel *publica*, *Sanctæ Strassen*/dicuntur *Regiæ*, *Prætoriæ*, *Neer-*  
*Strassen*/ *Consulares*, *Militares*.

vel *private*, *agrariæ*

*proprie*, in solo alieno & agris, quibus imposita servitus, *improprie*, quæ ad agros potius ducunt, interim omnibus patent. *Nolswea*/ *Feldweg*.

vel *vicinales*, quæ in vicis ducunt, ex agris privatorum collatis factæ.

§. 3. *Vicinales* sunt *publicæ*, nisi ex collatione privatorum constitutæ, vel si earum memoria non exstet.

§. 4. Si *via publica* fluminis impetu vel ruina est amissa, vicinus proximus *viam præstare* debet, pretio tamen ex publico soluto.

Tit. VIII.